Arnim, Joannes de
De restituendo Philodemi de rhetorica lib. II

AD SCHOLAS

QUAE IN HAC UNIVERSITATE ROSTOCHIENSI

PER SEMESTRE HIBERNUM

INDE A. D. XVI M. OCTOBRIS A. MDCCCXCIII

HABEBUNTUR

INVITANT

RECTOR ET SENATUS

INEST

IOANNIS AB ARNIM

DE RESTITUENDO PHILODEMI DE RHETORICA LIB. II

TYPIS ACADEMICIS ADLERIANIS

Quod vetere proverbio, commilitones humanissimi, perhibetur ars longa vita brevis esse, hoc quam verum sit cum reliqua horum antiquitatis studiorum historia tum luculenter ni fallor papyrorum Herculanensium docet paulatim ex quo repertae sunt ad utilitatem quandam provecta memoria. Quodsi iam eo res deducta est ut non solum philosophiam Epicuream sed alias quoque res ad veterum Graecorum vitam studiaque pertinentes ex laceris illis et male habitis litterarum reliquiis non mediocriter illustrari posse cuivis appareat: superest ut indefesso labore et lectionem earum et interpretationem repetamus, quoad fructus qui quidem inde capi poterunt ceperimus omnes. Nam nunc quidem, si forte Philodemi vel Metrodori vel Epicuri libellus editoris diligentia et doctrina restitutus tibi in manus venerit, cum primum evolveris, artis nostrae admiratione quadam afficieris, quae ex carbonibus aurum parare calluerit quaeque contextum post tantam ruinam tibi proponat continuum quique facilis lectionis spem tibi praebeat. Cum vero paucas paginas perlegeris, mola illa in capite tuo circumagi videbitur deque talium nugarum intellectu mox desperabis. Accidit enim persaepe ut contextus supplementis restitutus a nullo nisi ab eo qui supplevit intellegatur. Itaque valde gratum facerent omnibus papyrorum editores si interpretationem vel latinam vel vernaculam adderent. Nam quae interpretari non possunt, huius modi supplementa in scriniis latere melius est. Haec nuper quoque in mentem mihi venerunt, cum *Philodemi* ‚*de rhetorica*' libris a Sudhausio in bibliotheca Teubneriana editis operam darem. Nam hic quoque fieri solet ut cogitationes scriptoris quas solidorum modo corporum instar manibus tetigeris in proximis paginis rursus nebularum ritu in auras dissolvantur. Neque dubium est quin multa in hisce reliquiis melius administrari possint, quod pace Sudhausii dixerim, cuius operam his studiis valde profuisse alio loco testatus sum. Consumpsi igitur multum temporis in Rhetoricorum Philodemi emendatione quorum primum maxime et alterum librum recognitione egere videbam. Atque *secundi* quidem *libri* si spatium huic scriptiunculae concessum sufficeret totum contextum proponere in animo erat. Quod secus esse perquam doleo. Ipsa enim scriptoris verba sine ulla interpretatione publicare nolebam. Elegi igitur locum huius libri inprimis memorabilem, quem per hanc scribendi occasionem tractem, cetera alio loco editurus.

Summo iure statuit Sudhausius Philodemi librum non fuisse „artem rhetoricam" neque praecepta continuisse eorum usui destinata, qui diserti fieri vellent, sed, quod ipse titulus „περὶ ῥητορικῆς" peritioribus prodit, totum fuisse de natura et specie et usu

artis rhetoricae. Neque introductorie (εἰσαγωγικῶς) hasce quaestiones Philodemus tractavit, sed utpote philosophus Epicuri assecla deterruit magis legentes, quam ad capessendam rhetorum doctrinam hortatus est. Cum vero quaestiones illae generales, num ars esset rhetorica, num ad rem publicam gerendam et ad iudicia aliquid utilitatis afferret, num ad philosophi munera pertineret huius rei praecepta tradere ceteraeque eius generis inde ab exeunte saeculo IV iterum iterumque, propter philosophorum et sophistarum rhetorumque de erudienda inventute aemulationem, tractatae essent, facile intelligitur quae Philodemus de iisdem cum sua tum adversariorum argumenta profert, eorum sine dubio maximam partem ex superiorum temporum disputationibus esse derivatam. Atque primus liber et secundus toti fuerunt de his quaestionibus: utrum ars esset rhetorica necne et siquidem ars cuiusnam rei ars esset. Tota autem Philodemi disputatio eo tendit, ut sophisticam rhetoricam, i. e. scholasticam illam et vulgarem, quae inde ab Isocratis aetate apud Graecos primum, post etiam apud Romanos divulgabatur, artem esse evincat, sed quae ad vitam beatam, ad rem publicam gerendam, ad iudicia nihil utilitatis afferat. Itaque artem eam esse autumat nullius rei nisi ipsarum sophisticarum ostentationum. Quid sibi velit hoc Philodemi iudicium quaque ratione ex illius aetatis studiis explicandum sit nunc persequi nolo. Hoc tantum breviter moneo, videri Philodemum nihil antiquius habuisse, quam ut philosophiae et rhetoricae terminos a nova Academia moveri coeptos rursus stabiliret. Intellegebat enim si illa de philosophia cum rhetorica consocianda opinio, quam in tertio ‚de oratore' librorum M. Cicero ex Philonis ni fallor libro quodam desumptam profert, apud Romanos pervulgaretur, magnum inde Epicuri sectatoribus detrimentum fore, qui nulla rhetorica praecepta discipulis tradere possent. Cum vero Academici et Peripatetici rhetoricae quam volgarem vel sophisticam dicebant, magnum contemptum prae se ferrent, ut ad philosophicam quam ipsi tradebant rhetoricam adulescentes allicerent, Epicureus sophistarum exsistit patronus, quos solos rhetoricam artem docere contendit. Quamquam ne hanc quidem concedit ad vitae civilis usum aliquid conferre. Videtis, medium quendam inter utrosque locum tueri Philodemum, videlicet inter sophistas et philosophos rhetoricae studiosos, unde factum est ut alternis modo hos modo illos vel defenderet vel oppugnaret. Atqui non solum cum ceteris scholis rem habet sed etiam cum Epicureis, qui nequaquam de illa quaestione neque inter se neque cum Philodemo consentiebant. Cum vero totam disputationem in duas partes diviserit, alteram criticam qua adversariorum argumenta refellit, alteram demonstrativam qua suam opinionem probare studet et defendere, et illa rursus ex duabus particulis constat, quarum prior ceteras scholas, posterior Epicureos spectat, et haec in quatuor particulas dividitur cf. p. 68 Sudh. Ex his quatuor partis demonstrativae capitibus alterum ipse Philodemus p. 77 his verbis describit: Ἵνα δὲ νῦν ἐπ' ἐκεῖνο βαδίζωμεν, ὅτι τέχνην οὐχ ἡμεῖς λέγομεν τὴν σοφιστικήν, οἱ δὲ τὴν αἵρεσιν κτίσαντες ἡμῶν ἀντιφωνοῦσιν, καὶ τὴν πολιτικὴν ἱστορίαν τινὰ καὶ παρατήρησιν συνησκημένην οὐχ ἡμεῖς, ἀλλὰ κἀκεῖνοι, παραθήσομαι ὅπου καὶ δι' ὧν ἐφαίνοντο Ζήνωνι ταῦτα διασαφεῖσθαι. Sequuntur loci ex Epicuri, Hermarchi, Metrodori scriptis desumpti, quos cum priore parte sententiae modo adumbratae congruere arbitratur. Testimonia pertinent a p. 78 ad p. 89. Deinde sequitur satis ampla disputatio p. 89–119 qua contra adversarium aliquem pugnat Epicureum, qui contrariae sententiae in Epicuri libris satis multa et luculenta exstare testimonia contenderit, Philodemeae vel potius Zenoneae nullum. Hanc igitur disputationem accuratius tractare in animo est.

Atque per se patet hunc adversarium esse Epicureum, quamquam inter illos quorum sententiae in parte critica recensentur et refelluntur non comparet. Philodemus autem sententiae Zenonis magistri, quem τὸν φίλτατον Ζήνωνα vocare solet, cuius scholas de quibusdam philosophiae partibus edidit[1]), hic quoque patrocinatur. Adversarium qui sit tecte et per ambages ut fere solet significat, statim post testimonia ex triumviris allata, p. 89 Col. LII, 11 sq. Non mihi contigit ut hos versus probabiliter restituerem, sed hoc extra dubitationem positum est, unum quendam adversarium hic significatum esse, qui libello quodam vel commentariolo triumvirorum de rhetorica iudicium tractaverat. Nam cum p. 91, 15 sq. numero singulari loquatur Philodemus de adversario, qui ille sit ne uno quidem verbo significat, ut personam legentibus iam notam esse appareat, neque inter p. 89, 14 et p. 91, 15 ullus locus invenitur, ubi personae significatio exstitisse credi possit. Nam manifestum est, inde a p. 89, 14 σχολαζόντων αὐτῶν etc. quae adversarius in commentariolo suo posuerat a Philodemo referri. Videlicet ille Philodemi sententiam non ex libro se cognovisse dixerat, sed per discipulos complures scholae Atheniensis; hos enim cum Athenis Rhodum et Con reversi disputationibus a se de rhetorica institutis interessent suae sententiae adversatos esse, ut a triumviris alienae. Sunt autem haecce quae adversarius scripserat: σχολα(ζόν)των αὐτῶν (scil. se cum discipulis) ὑ(π)ὲρ τοῦ (μὴ ε)ἶναι τὴν ῥητορικὴν τέχνην, ἐν ἑκατέραι τῶν (πό)λεων (scil. Rhodi et Coi) (ἀ)ρτίως τινὰς (παρ)όντας Ἀθ(ήνηθε)ν λέγειν, ὡς διαφώνως ἵσταντα(ι πρὸ)ς τοὺς ἄνδ(ρ)ας. (εὐδ)οκούμενο(ι πε)ρὶ τ(οῦ τέχ)νην αὐτ(ὴ)ν μὴ (pap. μὲν) ὑπάρχειν· (καὶ) τὸν μὲν ἐν τῆι Κῶι. δι(ε)ρωτώμενον ποῦ δια(λέγον)ται τοῦ(το). φ(άσ)κειν (τ)ότε μὲν ἐν τῶι (συμποσί)ωι, τότε δ᾽ ἐν τοῖς (περὶ βίων), τὸν δ᾽ ἕ(τ)ερον ὅ(π)ου (μὲν) οὐκ ἔχειν εἰπεῖν, (εἰδ)έναι δ᾽ ἔχοντας τὴν (κ)ρίσιν ταύτην ὑπὲρ τοῦ (σ)οφιστικοῦ μέρους τοὺς (ἐ)ν ἄστει σχολάζοντας· (τ)αὐτὰ δὲ (τ)αῦτα (καὶ ἐν) τῆι Ῥόδωι κ(εκρ)αγένα(ι τι)νὰ τῶν ἐκ τῆ(ς) Ἀττικῆς πά(λι)ν παρόν(τ)ων κ(α)ὶ κ(ελ)εύειν μὴ φθονεῖν τοῖς (ῥή)τορ(σ)ιν, εἰ τέχνην ἔχου(σ)ιν.

Quae sequuntur valde obscura sunt, sed personae significationem, quam quaerimus, non infuisse col. LIII, 7–14 certum est. Nam quae certa agnoscuntur eo videntur spectare quod adversarius, dum discipulorum illorum Atheniensium responsa refert, philosophum quendam Atheniensem, nomine non prolato, tangere voluerit. Cuius patrocinium sibi suscipiendum esse Philodemus existimat. Sed utut de his verbis iudicandum est, quae e. gr. sic restituo: (ὁ) δ᾽ αἰνιτ(τό)μενος (ο)ὗτος (ἐ)ν Ἀθήν(αις σχολάζ)ε[ι]ν καὶ τὴν (δόξ)αν νομ(ίζειν?) ταύτην (ὁ) παρ᾽ ἡμ(ῶ)ν ἐστιν (Ζή)νων, πρὸς (ὃ)ν καὶ τ(α)ῦτα ἀντιγράψ(αι), ο(ὐ) γράψαντα περ(ὶ τούτων οὐ)δὲ ἕν, ἐπήιε[ι] τἀνθρώπωι — sine dubio quae inde a col. LIII, 15 sequuntur cum iis artissime cohaerent, quae parenthesin illam 7—14 praecedunt. Oppugnat enim adversarius sententiam philosophi Attici quam per discipulos comperit cum dicit nullum se apud triumviros vestigium invenisse tam propitii in rhetoricam animi, permultos vero locos quibus nec tota nec partim artis nomine digna esse perhibeatur. En habes ipsa verba: Πλὴν ποικίλως αὐ(τὸς ἀνα)στρεφόμενος (ἐν τῆι πρα)γματείαι φησὶ περὶ μ(ὲν) τοῦ τ(έ)χ(νη)ν εἶναι τὴν ῥητο(ρικὴ)ν μηδ᾽ ἴχ(νο)ς εὑρη(κέ)να(ι π)ερ(ὶ δ)ὲ τοῦ μηδὲν μέ(ρο)ς αὐτῆς τ(ε)χνικ(ὸν ὑ)πάρχειν ἀνα(ρί)θμητα καὶ τούτω(ν ἐπαγ)γέλλεται ποιήσασ(θαι τ)ὴν συναγωγήν.

Pergit ipse Philodemus: Ὅσα μὲν (οὖ)ν ἡμῖν ἁμαρτάνειν δοκεῖ κατ(ὰ) τὴ(ν ἀν)τι(γρα)φὴν (ὁ) φιλόσοφος ο(ὗ)τος οὐκ ὀκνή(σο)μεν κ(α)τ(ὰ) διά(λ)ηψ(ιν) ἀναγρά(ψαι) καὶ (σ)υνδιαπορῆσ(α)ι τ(οῖς) ἡμῶν τε κἀκείν(ου) φίλοις κοι(ν)οῖς. ἐπὶ δὲ τοῦ παρό(ν)το(ς) αὐτῶν (ἐ)π(ιμν)ησθησόμε(θ)α τῶν δ(ο)ξάντων ἂν ἐς

[1]) Cf. Usen. Epicur. ind. nom. s. v. Ζήνων, Scott Fragm. Herc. p. 40.

τὴν παροῦσαν σκέ(ψ)ιν συντείνειν, οὐ πρ(οσ)καρτ(ερ)ητικῶς — οὐδὲ γάρ, μὰ τὸν κύνα, δεῖται κα(θά)περ ἐ(μ)αυτὸν ἐγὼ πείθω, συνα(νατά)σε(ως — ἀλλὰ στο)χαστικῶς, αὐ(τά)ρκως δὲ πρὸς διακοπήν.

Ἐκτιθεὶς τοίνυν, δι' ὧν ὁ λόγος αὐτῶι προσελεύσεται κεφαλαίων ὁ τ(ὸ πρ)οκε(ί)μενον (ἀπ)οδεικνύων, αὐ........ φησὶν τοὺ(ς περὶ τ)ὸν (Ἐ)πίκου(ρ)ον καὶ (Μη)τρό(δωρον) μήτε τὸ πολιτικὸν μήτε τὸ δικανικὸν μήτε τὸ πανηγυρικὸν μέ(ρο)ς τῆ(ς) ῥητορικῆς ἔν(τε)χνο(ν) ἀπολείπειν, ἀ(λλ)ὰ τὸ μὲν (πολι)τικ(ὸν) καὶ δ(ι)κανικὸν μελέτης καὶ τρι(β)ῆς φάσκειν προσδεῖσθαι καί τινος ἐμπειρικῆς ἱστορίας, τὸ δὲ πανηγυρικὸν ἐμ μελέτηι καὶ τριβῆι λέγειν κεῖσθαι (κα)ὶ συν(ηθείαι τινι) φράσεως χωρὶς πραγ(μα)τικῆς ἱστορίας· πρὸς (δ)ὲ τούτοις δοκεῖν αὐτῶι κατὰ τοὺς ἄνδρας οὐ δύ(ν)α(σ)θαι συστῆναι τέχνην (κ)αθ(ά)πα(ξ ὄχλων) πειστικήν· ἀρέσκειν δὲ καὶ (τ)ὴν (προειρη)μέν(ην) με(λέ)τ(η)ν κα(ὶ τριβὴν) καὶ ἐμπειρία(ν μήτε δι)ὰ παντ(ὸς πείθειν μ)ήτε πλεονα(όντως) καὶ διότι (το)ὺ(ς οὐ ῥητορι)κοὺ(ς) λό(γους συμβέβηκ)εν (ἐ)νίο(τε πείθειν μ)ᾶλλον τῶν ῥητορικῶν[1]) καὶ μετὰ τ(ούτ)ων (ὅτι) τοῖς θο(ρ)ύβο(ις) ἧ(ττο)ν οἱ (παν)ηγυ(ρι)κοὶ π(εριπεί)πτουσι τῶν τεχ(νολογίας οὐδὲν) με(τε)σχη(κότων· ἔτ)ι δὲ τ(ὸ ἐ)πάγγελμα γινώσκειν δὴ κα(ὶ τέ)χνας τινὰς κατ(αβεβλ)ημένα(ς) τοὺς πε(ρὶ) τὸν Ἐπ(ίκου)ρον καὶ δι(ὰ το)ῦτο κ(αὶ) μ(νημον)εύειν (τινῶν δι)ότι τέχνας κα(τεβάλλον)το καὶ λέγ(ειν τ)έχ(να)ς, οὐ συνκατατίθεσθαι δ' ὅτι (κ)αὶ το(ῦ τέ)λους (τυγχ)άνο(υσι κ)ατα... omitto octo fere versus. Col. LVI, 3 τί νομίζουσι· κ(ἄ)ν ἔ(χη)τις καθ' ὑπόθεσι(ν δι)α παντὸς πείθο(υ)σαν τοὺς πολλοὺς δύναμ(ιν), οὐκ ἀγαθῶν ἀλλὰ κα(κῶν) μεγάλων αἰτίαν εἶναι (τ)αύτην.

Capita argumentationis, quibus adversarius ille usus erat, cum iterum eodem ordine a Philodemo proferantur p. 110 sq., et supplementa quaedam illinc arcessi potuerunt, illuc deduci, et patet usque ad col. LVI, 9 capita illa pertinere. Itaque non possum Sudhausio concedere „omnem hic seriem et continuationem diremptam esse". Accedit porro quod verbis quae sequuntur: καὶ τού(των ἕ)καστον (κα)τασ(κευάσας) ὡς νομίζει ποικί(λως), οἴεται κατ' ἄκρας ἀποδεδειχέναι τὸ παρ' Ἐπίκουρον (ἵ)στασ(θαι) τ(οὺς ἢ) πᾶσαν τὴν ῥη(το)ρικ(ὴν ἢ) μέρος αὐτῆς ἔ(ντεχν)ον ἀ(ποφα)ιν(ομένους, ad ipsa illa Rhodii philosophi promissa, quae p. 91, 23 memorantur, relegamur.

Iam postquam capita adversarii enumeravit, refutationem Philodemus aggreditur. Ac primum quidem de discipulis illis Atheniensis philosophi loquitur, quos adversarius de Epicuri locis ad rhetoricam spectantibus interrogaverat. Dicit autem valde se mirari, quod illi meliora non habuerint quae responderent; magis autem mirari quod praeceptor ille et philosophus triumvirorum libros parum cognoverit. Haec quoque lacunis adeo deformata sunt, ut certo omnia restitui non possint.

Ἐγὼ) δ(ὲ) ἀμέλει κα(ὶ τ)ῶν ἀκουστῶν μὲν ἄ(γα)μ(αι) τοῦ σχο(λ)άζοντο(ς) Ἀθ(ήν)ησιν ἀ(νδ)ρός· ὧν (ὁ μὲν ἐν τῶ)ι (συμποσίωι περὶ τῆς) ῥητορικῆ(ς ἔφη τοῦτο γ)εγράφ(θα)ι, πιστεύων εἰκῆ τοῖς λέγουσιν, ο(ὐδ' ἴσ)ως φιλοσόφοις περ(ὶ) φιλοσόφων πιστεύων· (ὁ δ') οὐκ ἔ(φη) γινώ(σκειν ὅπ)ου λέγ(ο)υσιν ο(ἱ περὶ) τὸ(ν) Ἐπί(κο)υρον· (οὐδ') ἐπιμελεῖς ἦσαν ὧν ἂν δ(ι)ακούσωσιν (οὐδὲ ζητητ)αί· μᾶλλο(ν δ' ἐκεί)νου μ(η)δὲ ἴχν(ος ὧ)ν μεμνήμε(θ)α γράφοντο(ς εὑρηκέν)α[ι].

Sic fere restitui posse arbitror, quamquam valde offendit ὧν ἂν cum coniunctivo aoristi, iuxta imperfectum principalis enuntiati. Ultima iam ipsum adversarium tangunt. Sed ne obliviscamur quam incertis gradibus hic procedamus literarum reliquias, quae in singulis exemplis exstant, singulis meae restitutionis vocabuli adscribere libet.

μᾶλλον: μαλλο. omnes | δ' ἐκείνου: ..ποινου G ....του N | μηδὲ: μεχο O μεχ. N ..χε ..με N² | ἴχνος: ιχντιη G ιτ... NO | ὧν μεμνήμεθα: ..μ.ονθμε.α G ..με.νπα..α N².ημερ....ερ.N γράφοντος: γραφον... G γραφ.... N² ..αφ.ντο. NO.

[1]) inter ῥητορικῶν et καὶ in N²G legitur: .....ονεοκεω (.ῥη)τορικοι. Quod omiserunt NO, Sudh ego non extricavimus.

Quae sequuntur intacta relinquo usque ad Col. LVII, 17. Nam de sententiarum conexu ne sic quidem dubitatio oriri potest. Consentaneum est Philodemum dixisse: mirari se quod philosophus, omissa ipsorum librorum perscrutatione, ad interrogandos aliorum discipulos descenderit. Dein pergit: Οὐ μ(ὴ)ν ἀ(λλ') ἵνα τῆς πολλῆς καὶ (π)αρὰ πολ(λ)ῶν α(ὐτὸν) ἀνα(παύ)σ(ω)μ(ε)ν ἐ(ρ)εύν(ης) κα(ὶ) ἐρωτήσεως οὐκ ἐν τῶι συμποσίωι λέγομεν οὐδ' ἐν τοῖς περὶ βίων, οὐδὲ κελεύομεν αὐτὸν ψῆφον ἐμπελάγει ζητεῖν, ἀλλ' ὅπου φαμὲν καὶ δι' ὧν φαμεν δηλοῦσθαι τὸ τὴν σοφιστικὴν ῥητορικὴν τέχνην ὑπάρχειν παρατεθείκαμεν. — ἃ κἂν δεικνύηι (pap. δείκνυται) μὴ κυ(ροῦν)τα τὴν ἡμετέραν κρίσιν, ἀλλὰ χρείαν γ' ἕξει λόγου τυχεῖν. — καὶ πᾶσιν τοῖς κα(θ' ἡ)μᾶς φιλοσοφοῦσιν κα(ὶ τ)ὰς χρείας (pap. χειρας) ὑποδείκνυμεν τού(των) καὶ (διὰ) τί τέ(χνην) τὴν σοφιστικὴν καλουμέν[ην] ῥητορικὴν λέγομεν, οὐχὶ τῆς ῥητορικῆς μέρος. Οὐ γάρ ἐστιν τῆς ῥη(τ)ορικῆς μέρος τὸ πανηγυρικὸν καὶ τὸ πολειτικὸν καὶ τὸ δικανικόν, ὃν τρόπον οὗτος οἴεται κατὰ τὴν ὅπασαν γραφήν, (ὥς)περ (οὐ)δὲ τοῦ κ(υ)νὸς μέρος τ(ὸ) θαλά(τ)τιον ζῶιον καὶ τὸ χερσαῖον.

Manifestum fit iis quae modo adscripsimus, Philodemum triumvirorum testimonia huius maxime adversarii causa, quem nunc impugnat, adscripsisse. Cum vero duo essent quae adversarius affirmavisset, n u l l u m exstare apud triumviros Philodemeae sententiae testimonium, m u l t a exstare contrariae sententiae, illud ipsis locis adscriptis confutavit, alterum locum iam aggreditur.

Col. VIII, 30 Χαριζόμεθα δὲ τἀνδρὶ καὶ τὸ πλῆθος τῶν κεφαλαίων, δι' ὧν ὡς ἐλέγχων περιίσταται τὴν δόξαν ἡμῶν, οὐδ' ἂν ἐμνήσθη(ν)μα τοὺς θ(εοὺς αὐ)τῶν. — τί γὰρ ἔμελλον; οὐδὲ γὰ(ρ) ἐκε(ίνων) α(ὐ)τῶν (ἐν) τ(ῶι) πρὸς Ζ(ήν)ω(να ὑπο)μνήματι κα(ι)ρ(ὸ)ς ἦν — ἀλλ' ἵνα δείξωμεν (pap. ιν ειδησωμεν) ὡς (ἔ)νιοι θαύ(ματ)α ποιοῦσιν ἐ(ν) φιλοσοφίαι, καὶ ταῦτα προς . . ουτοις ἀνατεινόμενοι πα(ρέθε)μεν.

Adversarius locos permultos ex Epicuri libris attulerat, quibus unum quodque e capitibus col. LIV sq. enumeratis probare studuerat. Qui loci omnes fere politicam rhetoricam spectavisse videntur, ut suo iure Philodemus posset dicere, ad id quod demonstrandum esset eos nihil facere. Col. IX p. 100 eadem capita iterum enumerari supra dixeram. v. 12 scrib. τὸ δοκεῖν. v. 16 καὶ τὸ (διὰ τὸ male Sudh.), v. 20 sq. τοὺς πανηγηρικοὺς καὶ τῆς τεχνολογία(ς) μετέχ(οντας) τῶν οὐδὲν (μ)ετεσχηκότων. — Quodsi perspexisset Sudhausius artam necessitudinem quae inter hanc columnam et col. LIV sq. intercedit, statim vidisset quid lateret v. 29 sq. τιχνεχηφκ . θιπο θ . . . . ης i. e.
τα
κἂν ἔχηι κ(α)θ' ὑπόθ(εσίν) τις τὴν ἀεὶ πείθου(σαν π)ολλοὺς δύναμιν οὐκ ἀγαθῶν (cf. G: αθχν) (ἀλ)λὰ (μ)εγάλων κα(κ)ῶν αἰτία(ν) αὐτὴ(ν λ)έγει (vel εἶναι; pap. εδει).

Hanc iteratam capitum enumerationem sequitur ratiocinatio Philodemi tam male habita, ut felicioris ingenii auxilium exspectet. Sed quae summa fuerit eius ratiocinationis pulcre perspicere mihi videor. Nam cum Sudhausius v. 34 verbum πολειτεύεσθαι e vestigiis obscuris elicuerit, non dubito quin Philodemus dixerit, omnes illos Epicuri locos, etiamsi probent in republica et iudiciis artem oratoriam nihil valere, nequaquam probare sophisticam rhetoricam non esse artem. Cf. col. X, 1 quem locum sic restituo: καὶ τῶν ἄλλων ὁτιοῦν ταὐτὸ τοῦτο λέγομεν παρίστασθαι.

Non debebat igitur ex Philodemi sententia his omnibus librum suum adversarius refercire, ad id quod demonstrandum proposuerat parum accommodatis: Πλὴν εἰ προσάγεται ταῦθ' ὅμως διὰ τῆς γραφῆς καὶ τἄλλ' ἃ περι[σ]σομυθεῖ διοικεῖται. παρέντες (καὶ) παραλεξάμενοι πάντα, τὸ (ὅλο)ν σχεδὸν βυβλίον κατεσχηκότα. τὸ δὲ μέρος ἐκεῖνο μόνον ἡγησάμενοι πρὸς αὐτούς, δι' οὗ φησιν (ῥ)ητ(ῶ)ς ἄτεχνα μέρη τ(ινα λέγ)εσθαι τῆς ῥητο(ρικῆς etc.

Non inveni ultimorum restitutionem Sudhausiana meliorem: quamquam ex toto sententiarum conexu et serie patere arbitror eam solam disputationis adversariae

partem Philodemum ad oppugnandum sibi eligere potuisse, qua omnes rhetoricae partes arte carere ex Epicuri libris probaretur. Idem ipsa illa quae sequitur disputatio ostendit. Itaque de sententia non potest ambigi, verba ipsa ut invenirem non mihi contigit.

Attulerat autem adversarius locum quendam Convivii, dialogi illius celeberrimi ab Epicuro in Platonis et Xenophontis aemulationem conscripti, quo rhetoricam patere arbitrabatur secundum Epicurum artis nihil habere. Ipse locus adfertur col. X, 34—col. XI, 13. Praecedentia vero quibus ad ipsius loci tractationem Philodemus aditum sibi paraverat usque adeo lacerata sunt, ut vestigia loci gravissimi et pauca et obscura remanserint. Fortasse iam v. 15 literae AIAHOCIOI ad dialogi titulum pertinent, ut levi admodum mutatione legendum sit μποσιου. v. 16 in fine λόγον puto fuisse, quo pertineret v. 17 οὐχ ὅλον (παρατεθέ)ντα vel si N sequi malumus: οὐδ' ὅλω(ς παρατεθέ)ντα δι' ἣν ἐγ[ρ]άφη (αἰτί)α(ν v. 20 in fine ἀναμ | φιλέκτως.

Sequentibus narratur, in dialogo illo Epicuri adolescentem exstitisse quendam, qui totam artem oratoriam penitus se cognitam habere gloriaretur. Cum vero v. 28 satis certa Idomenei nominis vestigia exstent, erunt fortasse qui gloriabundum illum adulescentem Idomeneum esse, Lampsacenum Epicuri discipulum, suspicentur. Sed valde dubium mihi videtur, num Idomeneus e gente nobili Lampsacena ortus (cf. Strab. XIII p. 589) idemque in rerum publicarum turbis vitam degens, quod epistolae Epicuri ad eum datae fragmentis constat (cf. fr. 132 sq. Us.), recte potuerit sophista appellari. Nam adversarius Philodemi col. XII, 3 dicit: καὶ γὰρ ῥητῶς τὴν ῥητορικὴν λέγει καὶ πρὸς τὸν ἐπαγγελλόμενον σοφιστὴν πάντ' ἔχειν τὰ μέρη, itemque Philodemus eiusdem col. v. 20 illam adversarii sententiam impugnat cum dicit: οὐ γὰρ μέχρι τῶν λέξεων τούτων ὁ σοφιστὴς οὐδὲν ἐπήγγελται περὶ τούτων. Non credo fidelem Epicuri discipulum, qualis fuit Idomeneus (cf. frgm. 131. 138 Us.), a scriptoribus Epicureis ‚sophistam' vocari potuisse, cum praesertim quem non in schola, sed in publica vita sciamus versari solitum esse. Immo ut persaepe ‚sophista' dici videtur „artis rhetoricae praeceptor". Qui vero hanc artem profitebatur, ne poterat quidem Epicurum sequi. Contendo igitur hominem non Epicureum convivio interfuisse: neque ignoro cum hac sententia pugnare Seleuci apud Athenaeum testimonia (p. 115 Us.): ὁ δ' Ἐπίκουρος ἅπαντας εἰσήγαγε προφήτας ἀτόμων et Ἐπίκουρος δὲ συμπόσιον φιλοσόφων μόνων πεποίηται, sed ipsis fragmentis plus credendum esse iudico.

Erunt fortasse quos mira illa adolescentis magniloquentia Pythoclis commonefaciat, quem octodecim annos natum ad rerum humanarum fastigium pervenisse iactabant. Sed quominus nostro illo loco Pythoclem intellegamus iisdem quae Idomeneum excludunt causis prohibemur.

Altera quaestio oritur, quis sit ille qui sophistae respondet, verbis a Philodemo col. X. 34—XI, 13 allatis ac deinde per multas paginas impensissima cura pertractatis. Certum est et adversarium et ipsum Philodemum ex verbis illis Epicuri sententiam enucleare. Fuitne igitur ipsa Epicuri in dialogo persona, quae haec proferetur? Videntur sane hanc suspicionem confirmare verba quae exstant col. XII, 7 διόπερ οὐκ ἀποχωρήσαντος (scil. τοῦ σοφιστοῦ) γελοίως ὁ Ἐπίκουρος ἔσται τῇ μεταβάσει κεχρημένος. Sed tametsi haec ad ipsum illud responsum referri certum est, fieri potest ut explicentur de Epicuro suam sententiam per alium dialogi collocutorem proferente. Rem conficit locus col. XIV, 10 τό τε γὰρ ὑποστέλλεσθαι τἀληθῆ λέγειν — — τοῦ ῥήτορος στοχαζόμενον, ἀνοίκ(ειον) καὶ τοῦ (δ)ιαλεχθέντος (νεα)νίσκου καὶ τοῦ τὸν διάλογον ἀναγράφοντος Ἐπικούρου. Hinc ni fallor patet verba in quae inquirimus ab adulescente quodam pro-

nuntiata esse atque hunc esse (non sophistam ipsum quoque iuvenem) qui col. X, 30 sq. audaciam suam excuset. Porro concludi potest, hunc esse Idomeneum, cuius nomen col. X, v. 28 ante excusationem illam certo agnoscitur.

His praemonitis locum quatenus fieri potest suppleamus. Nam quae Sudhausius dedit dupliciter laborant: primo quod pluralis ἐκείνων ἐπαγγελλομένων explicationem non habet, cum de unius hominis professione agi constet, porro quod τὴν σοφιστικήν et τὴν πανηγυρικήν (scil. ῥητορικήν) ut duo diversa rhetoricae genera distinguere non licet. Ipse sic restituere conatus sum: ἀναμφιλέκτως γ(ὰρ) δὴ παρίστησιν ἐλεγχόμενο(ν ὁ) Ἐπίκουρος τὸ(ν νέ)ον [ἐ]κεῖνον. (ἐκ μ)ε(λ)έ(τ)ης ῥητορικῆ(ς) ὁ(ιττὴ)ν δύ(ναμ)ιν ἐπαγγε(λλόμεν)ον π(εριπ)οι(ήσασθαι), τὴν (π)αν(ηγυρι)κ(ὴ)ν καὶ τὴν (π)ολ(ε)ιτικ(ήν· π)οιε(ῖ) γο(ῦ)ν Ἰδομε(νέα), μετὰ τὸ παρ[ρ]ησιά(σαι) κατὰ τῶν ἐπη(γγελ)μέν(ων). αἰτούμενον συ(γγ)νώ(μ)ην. εἰ νέος ὢν θρασ(ύ)νετ(α)ι καὶ (σ)υμπίνοντά τινα τη(ρεῖ). τε(λ)ευτῶντα δὲ ὤ(δε)· „Θαυμαστὸν (ἄρα εἰ σὺ μὲν οὐ)δὲν ἐξε(ίργ)ου διὰ τὴν ἡλικίαν — τεατος αν φησαις — τῶ(ν) κατ(ὰ) σεα(υτὸ)ν ἁπάντων νέος ὢν (πρε)σβυτ(έρω)ν ἀνδρῶν καὶ ἐνδόξων πολὺ (ἐν τῆι ῥη)τορικῆι δυνάμει ὑπερέχειν. ὡς ἴδ(ι)ον αὐτοῦ ἔφησας — omitto hic illegibiles duos versus et dimidium quos ad ipsa Idomenei verba pertinuisse certum est — θαυμαστὸν δή φημι. εἰ σὺ μ(ὲ)ν οὐδὲν ἐξείργου διὰ τὴν ἡλικίαν ἐν τῆι ῥητορικῆι δυνάμει προ(έ)χειν (ὃ) δοκεῖ τριβῆς εἶνα(ι καὶ συνη)θεία(ς) πολλῆς, τοῦ δ(ὲ) φ(ρ)ον(ῆ)σαι τὰ πραγ(μ)ατ(ικ)ώ(τ)ε(ρα) διὰ (τὴ)ν ἡλικίαν ἔστιν (ἐξ)είρ(γ)εσθαι. οὐ μᾶλλ(ο)ν ἄ(ν) δόξαι ἐ(πιστ)ήμη αἰ(τ)ία ε(ἶ)ναι ἤ(π)ερ (τρι)βὴ καὶ συνήθεια.“

Maxime ea re peccavit Sudhausius, quod ultima verba inde ab οὐ μᾶλλον ab Epicuri loco avulsit, cuius sine illis sententia non iam agnoscitur. Relativum enim enuntiatum alteri opponitur quod est: ὃ δοκεῖ τριβῆς εἶναι etc. Hinc maxime factum est, ut eorum quae subsequuntur nihil fere posset intelligere.

Sed iam quid de ipso „Convivii“ loco indicandum sit, videamus. Dixeram in dialogo illo praeter ipsius discipulos adulescentes ab Epicuro inductum esse sophistam iuvenem gloriabundum; quae utrum vera fuerit persona vero nomine ab Epicuro notata an quae typice illud hominum genus repraesentaret, dici non potest. Sed cum probabile sit, scaenam dialogi Lampsaci fuisse primis scholae temporibus (ann. 310—306) — Idomeneus enim adulescentulus inducitur, qui vix quae sentiat palam profari audeat, quod non nisi in Lampsacenam illam aetatem quadrat — sophistam illum ad Anaximenis celeberrimi sophistae Lampsaceni exemplum fictum esse suspicor, sive discipulus illius qui reapse fuerat inducebatur, sive fictitia persona illius placita prae se ferebat. Haec omnia quamquam nec locus nec tempus initio dialogi indicabantur (cf. Us. p. 115. 9), ab Epicureis facile ex ipso dialogo intellegebantur. Is igitur laudes artis suae videtur celebravisse, ut Idomeneum quem convivio domum praebuisse putaverim, ad eam a philosophia traduceret. Atque aptissime rem Epicurus instituit quod illum ipsum e discipulis, quem cum dialogum scriberet ad magnos rerum publicarum honores provectum esse constabat, rhetoricam artem, ut inutilem, vitae bene gerendae repudiantem fecit. Verbis enim quae a Philodemi adversario adferuntur, longiorem orationem peroravit. Nam primum quidem περὶ τῶν ἐπηγγελμένων eum verba fecisse etiamsi cetera supplementa addubitaveris, vix mihi eripies. Quam acerbe autem censuram gesserit, describitur col. XIV, 10 quem locum antea iam demonstravimus: Τό τε γὰρ ὑποστέλλεσθαι τἀληθῆ λέγειν καὶ ὁ ...... ου περὶ τῶν ἀ(ρεσκόντων) ἑαυτῷ. τοῦ ῥήτορ(ος στο)χαζόμενον, ἀνοίκ(ειον) καὶ τοῦ διαλεχθέντος (νεα)νίσκο(υ) καὶ τοῦ τὸν διάλογον ἀναγράφοντος Ἐπικούρου, καὶ ταῦτα μετὰ (π)αρ(ρ)ησίας π(ικρᾶς) καὶ ἀνυποστόλως

— — τῶν πρὸ(ς τὸν) ἄνθρωπον γεγ(ενημένω)ν λόγων. (Π)ῶς δ' ἂν εἴ(η θιγ)εῖν τινος καὶ πικρό(τερον;
Ex his verbis patet, Idomeneum antequam verbis Θαυμαστὸν δὴ etc. orandi finem faceret, pollicitationes sophisticas acerba perstrinxisse sententia. Itaque παῤῥησία retineri debebat col. X, 28 quamquam nec formam a Sudhausio positam recte se habere arbitror (debebat enim πεπαρρησιάσθω) neque activam formam, quam ipse ausus sum scribere, apud alium scriptorem inveni. Excusationem quae sequitur dubito ad praecedentia magis an ad verba „Θαυμαστὸν δὴ etc." referam. Nam si praecedentia tantum spectaret, cur memoraretur? Videntur Idomenei verba sophistae ratiocinationes spectare, apud Philodemum non exscriptas: dixerat ni fallor ea maxime causa rhetoricam artem philosophiae praeferri deberi, quod brevissimo curriculo ad vitae utilitatem discipulos perduceret, cum philosophiae penitus hauriendae longi annorum ordines vix sufficerent. Brevitatis autem studiorum ipse se quasi exemplum proposuerat, cum vix adulescentia egressus praeceptoris munere fungeretur. His adversatur Idomeneus patrocinatus Epicuri de adulescentia sapientiae non experti sententiae. Patet igitur Epicurum noluisse hoc loco quaestionem illam solvere quae a Philodemo eiusque adversario disceptatur sed confirmandi illius de sapientia placiti occasione uti. Tamen ad grammaticorum interpretum artificia philosophi descendunt, ut ex verbis venerandis litis dirimendae materiam eliciant. En habes ipsorum, priora autem adversarii verba, quorum initium sane certo restitui non potuit: (Δ)ιὰ τού(των), φησίν, ε(ἰ μὲν) φάσ(κει) τὴν ῥητ(ορι)κὴν ἁπ(λῶ)ς ἅπασαν ἄ(τεχνο)ν ὑπάρχ(ειν) καὶ τ(ριβῆι) περιγίνεσθαι καὶ σ(υ)νηθείαι καὶ οὐ(δὲ) ἓν μέρος ταύτη(ς) οὕτωι (ψ)ιλ(ῶς) τέχνηι, καὶ σαφῶς (πάντα) ἔο(ικε)ν ἐγ(δ)ιδάσκε(ι)ν, (π)ρ(ο)σδ(ι)αστέλλων τὰ ποῖά τ' (ἔσ)ται ἐ(πιστ)ήμ(η)ι καὶ π(οῖ)α τ(ρ)ιβ(ῆ)ι καὶ συνηθεία(ι)[α]· καὶ (ἄ)γ(α)ν ε[ὐ]σ(υλ)λόγισ(τ)ος οὕτως ἐπ(ιφέρε)ται αὐτ(ῶι καὶ) πιθαν(ὸς ὁ λόγος· „ἐ(πεὶ) τὸ δυσκρατὲς ὂν δι(ὰ) τὸ ἀ(μέ)θ(ο)δον ἔ(σ)τ(ι γί)νεσθαι π(ε)ρὶ νέον, πολλῶι μᾶλλον τὸ δι' ἐπιστήμης, ἅτε με(ε)όδοις (κα)ὶ στοιχειώσ(ε)σ(ι)ν (κα)θολικαῖς (δι)αλαμβ(α)νόμενον." Εἰ δέ γε τέχνη (ἡ) ῥη(τορικὴ συ)νε(ί)χ(ε)το (ἢ ἁπλῶς ἅπασα) ἢ καὶ μέρος (α)ὐ(τῆς, κω)φὸς ἂν ὁ λόγος ἐγίνε(το), το(ι)οῦτος ὤν· „εἰ τὸ μ(εθόδωι) γινόμενον οὐ κωλ(ύ)ε(ται π)ερὶ νέ(ο)ν ὑπάρχειν, (πολλῶ)ι μᾶλλον οὐδὲ (τὸ μεθό)δωι." (Κ)αί π(ως) οὐδὲ [τὸ] πολειτικ(ὸν) καὶ δικανικὸν ἔξε(σ)τι μ(όνον) λαμβάνειν μέρος. (Κα)ὶ γὰρ ῥητῶς ‚τὴν ῥητορικὴν' λέγει κ(α)ὶ πρὸς τὸν ἐπαγγελλόμεν(ο)ν σοφιστὴν πάντ' ἔχειν τὰ μέρη. Διόπερ οὐκ ἀποχωρήσα(ν)τος γελοίως ὁ Ἐπίκουρος ἔστ(αι) τῆι μεταβάσει κε(χ)ρημένος. — Duo igitur sunt quae monuit adversarius: unum quod enthymema ab Idomeneo adhibitum nihil probare putat, nisi **totam** rhetoricam ex Epicuri sententia arte carere sumpseris; alterum (quod est illius quasi corollarium) quo ad totam rhetoricam Idomenei verba pertinere concludit, quia illis sophistae respondetur totam sibi vindicanti. Philodemus cum haec refutare conatur, ordinem capitum invertit. Dicit enim:

Τοιούτων δή (τ)ινων, ὡ(ς) εἰπεῖν, δυνάμε(ι γ)εγρα(μμέ)νων, τὸ μὲν (λέγε)ι(ν ὅτι τ)ὴν ἀπόφασιν ποι(εῖ ταύτ)ην ὁ Ἐπίκ(ου)ρος πε(ρὶ) ἁπ(άσης ῥ)ητορικ(ῆς, οὐ) μό(ν)ης τῆς (πο)λειτικῆς, καὶ τα[ῖ]ς τοι(αύτ)α[ι]ς (τοῦ) ε(ἰ)πόν(τος) ἕπεται (ἐπαγγελίαις, σαφῶς) ἐναντιοῦται τῶι νῶι· οὐ (γ)ὰ(ρ) μέχ(ρι) τῶν λέξεων τού(τ)ων ὁ σοφιστὴς οὐθὲν ἐ(πήγγ)ελται περὶ τού(του, ἀλλ' ὡς) τὰ ἰσόκωλα (καὶ) τὰς ἀ(ντιθέσ)εις κα(ὶ) τὰς ἐναρ(γεία)ς (πολὺ) προσφέροντα χ(ρ)ηστὸν περὶ τὴν πο(λ)ειτικήν· καὶ ταύτης (ἕ)νεκα μόνης καὶ προσ(δεῖσ)θαί φησιν ὁ σοφιστ(ὴ)ς τ(ῆς ἑ)τέρας δυν(άμεω)ς.

Quae adscripsimus eo spectant, ut ad solam „politicam" verba illa ex Epicuri Convivio referenda esse probetur. Dicit enim errasse adversarium, cum sophistam (cui verbis illis respondetur) omnes rhetoricae partes sibi vindicavisse crederet.

Illum nihil eiusmodi professum esse, sed demonstrativas quoque exercitationes politicae causa assumendas censuisse. Iam ad alteram (priorem) adversarii argumentationem Ph. progreditur, probaturus videlicet argumentandi rationem ab Epicuro adhibitam ne tum quidem absurdam fore, si pars rhetoricae sophistica ab illo ars haberetur. Prima verba non potui enucleare.

Ἀλλὰ τὴν (τὸν pap.) σο(φιστικὴν) ῥητορικὴν δοθεὶς (ΛΟCΕΚ pap.) φάναι (ε.υαι pap.). (εἴ)περ (φά)σκει τέ(χ)νην εἶναι, προσδεομέν(ην) δὲ τέχνην πολλῆς λίαν τριβῆς καὶ συνηθείας — (ο)ὐ γὰρ ἀδύνατον οὐδ' ἀθετούμεν(ον) ὑ(πὸ) τῶν ἀνδρῶν ἐ(π)ισ(τ)ήμας τι(ν)ὰς πολλῆ(ς) τρι(βῆς ἐπιδεῖσ)θα(ι) κ(αὶ σ)υνηθεί(ας) — πῶς κωφό(τερος) Ἐπίκουρο(ς γεί)νεται (ἐκ τούτων: π)ῶς δ' ε[ἰ] τ(ὸ) μὲν (πολειτι)κὸν εἶδος ἢ μέρος τῆς (ῥητορ)ικῆς τριβῆς δεῖ[ται] πολλῆς κ(αὶ σ)υνηθείας, τὸ δὲ σοφιστικὸν ἐπιστήμης μόνης, κωφὸς ὁ λόγος γίνεται; πρὸς θεῶν, δηλωσάτω τις ἡμεῖν. — Οὐ γὰρ (δὴ) τοιοῦτός ἐστ(ι)ν καθάπερ ο(ὗ)τός φησιν „(ε)ἰ τὸ μεθόδωι περιγινόμενον ἔ(σ)τι περὶ νέον, πολλῶι μᾶλλον ἔσται τὸ μεθόδῳ γινόμενον“, ἀλλὰ τοιοῦτος „εἰ τὸ μὴ μόνον διὰ μεθόδου παραγειν(όμ)ενον.“ Εἰ γὰρ τὰ δύο κατακ(ρατ)ῆσα(ι ἅμα) νέῳ δυνατόν, ο(ὐ)κ (ἀδύνατο)ν δήπου (τὸ ἕτερον γίνεσθ)αι νέῳ etc.

Sequentibus arbitror Philodemum ad afferenda ipsius adversarii verba rediisse, quae pertinent usque ad col. XIV, 6 ὁμολογουμένου. Agitur autem hac adversarii disputatione de vocula „δοκεῖ“ in Epicuri verbis obvia. Atque consentaneum est adversarium probare voluisse, hanc voculam non pugnare cum sua illa verborum interpretatione. Sane verbum δοκεῖν apud auctores graecos tam vario modo adhibetur, ut interdum ambiguitates exoriantur. Potest et falsam speciem significare, quae a vero plane abhorreat, potest communem hominum opinionem, sive probatur a scriptore sive non probatur, potest denique ipsius scriptoris adumbrare sententiam, quam aliqua de causa modestius proferendam censuit. Hanc quam ultimo loco memoravimus nostro loco interpretationem adversarius adhibet. Ipsius Epicuri sententiam putat inesse, ab adulescente verecundo propter sophistae praesentiam modeste et cum deminutione quadam severitatis prolatam. In priore autem parte huius disputationis, tam male habita, ut auxilium principis alicuius philologi implorandum sit, probavisse videtur, dubitativam vim non posse illi δοκεῖ inesse. Cuius rei causas protulit, alteram quod de politica certe rhetorica non dubitaverit Epicurus, quam multis locis sola exercitatione et consuetudine niti iactaret, alteram quod etiam iis, quae de prudentiae origine dicantur, δοκεῖ additum reperiatur, quamquam ne haec quidem Epicuro dubia esse potuerint, tertia fortasse quod ex protasi dubitativa nihil colligi possit. Hinc colligebat de sophistica rhetorica sine arte per solam exercitationem parabili non dubitavisse Epicurum. Explicatis igitur dubitativae interpretationis difficultatibus suam illi ut facilem et expeditam opponit:

Εἰ δὲ μετά τινος ὑποστολῆς ἐπετίθετο καὶ διὰ τὸν στο(χασμόν, προσ)ηκό(ντως οὐ) μό(ν)ο(ν ἐ)πὶ τῆς ῥητορικῆς ἀλλ(ὰ) κ(α)ὶ ἐ(πὶ) τῆς φρονήσεως (ἐτ)ήρησε, κἀκεῖ τὸ ‚δοκεῖ‘ προσθείς, καὶ τὸ ‚δοκεῖ‘ δε(ξ)όμεθα δηλαδ(ὴ) καὶ ἐπὶ τοῦ πολε(ιτι)κοῦ μέρους, (ὃ πα)νταχῆ κεκράγασιν, ὥς ἐ(σ)τιν ἄτεχνον. καὶ τὸ πημακον τῆς ἐπιχειρήσ(εω)ς οὐκ ἐγ διστα̣ζομέ(νου) προσάγοιτ' ἂν ἀλλ' ἐ(ξ) ὁμολογουμένου.

In hanc adversarii ratiocinationem acerbe invehitur Philodemus:

Καὶ τίνα τρόπον, ἐὰν τούτοις (σ)υν(β)ο(ηθ)ήσωμεν, εὐγνώμονες, οὐκ ε(ὐ)ήθεις ὑποληφθησ[ό]μεθα; Τό τε γὰρ ὑποστέλλεσθ(αι) τἀλ(η)θῆι λέγειν καὶ ὁ........ου περὶ τῶν ἀ(ρεσκόντων) ἑαυτῶι, τοῦ ῥήτορ(ος στο)χαζόμενον, ἀνοίκ(ειον) καὶ τοῦ (δ)ιαλεχθέντος (νεα)νίσκο(υ) καὶ τοῦ διάλογον ἀναγράφοντος (Ἐπι)κούρου καὶ ταῦτα μετὰ (π)αρ(ρ)ησίας τη.τα.. (κ)αὶ ἀνυποστόλως π(ρότερον) καὶ (ἐν) τούτωι τῶν πρὸ(ς τὸν) ἄνθρωπον τετ(αγμένω)ν λόγων. (π)ῶς δ' ἂν εἴ(η θιγ)εῖν τινος καὶ πικρό(τερον;). Sequuntur

illegibilia, dein interpretatio verborum a Philodemo probata: (ὡ)ς δὲ α(ὐτὸ τί)θησιν προφερόμενο(ς κ)ατὰ τὸ παρὸν ὡ(ς ἐν)δο[ι]ά(ζ)ων τε (ἀ)πορούμενός τ' εἴτ' ἐ(στ)ί τινος καὶ τέχνης εἴτε μηθὲν ἔχει τεχνικὸν ὁ τ(όπος), ἀληθές ἐστι καὶ χαρακ(τη)ρικῶς τοῖ(ς) ἀνδράσ(ιν) συνειθισμένον καὶ τετηρημένον καὶ ἐπὶ τῆς φρονήσεως ἐν αὐτοῖς τούτ(οις επειτεωνστελ... (ὡς ἐπὶ) τ(ῆς) ῥητορικ(ῆς τ)ῆς „δοκεῖ" φωνῆς κἀνταῦθα παρατιθεμένης. Ὁ δ' ἐπαγγελλόμενος ῥητὰς παρατεθή(σε)σθαι διαλέκτους οὐ λιπαρεῖν ὀφείλει τοῦτ' ἐγδέ(χε)σθαι τοὺς ἀκούοντας, ὃ βούλεται, καὶ ἄλλων δηλουμένων.

Quae sequuntur ab adversario sibi obici fingit Philodemus: „Καὶ δὴ γὰρ σὺ φῄς, μὴ ὑποστελλόμενον τὸν Ἐ(π)ίκουρον λέγει(ν. ἀλλὰ) τῶι συνκατατίθεσ(θ)αι το(ῖς ἔ)ντ(εχ)ν(ον) τὴν ῥητορικὴν λ(έ)γουσ(ιν."

Respondet Philodemus: Ρη)τῶ(ς) γε δὴ καὶ σαφῶς ἀ(π)ο(φαίνετα)ι ἐν ἄλλοις. τέχνην ε(ἶναι) τῆι ἀληθεία(ι· ὃ) στο(χασ)μὸν τοῦ ῥήτορος καλεῖν, (οὐ) μανικόν;

Repetuntur verba adversarii ex col. XIII, 39: „Ἀλλὰ δεξόμεθα τὸ „δοκεῖ" καὶ ἐ(πὶ) τῆς πολειτικῆς."

Respondet Philodemus: Εἰ θέλεις δεχώμεθα, μὴ φοβηθέντες (cf. G), εἰ (λέ)γ(ο)υσι(ν) αὐτ(οὶ ἐν) ἄλλοις ἀμέθοδον· κα(ὶ γὰ)ρ ἡμεῖς τὸ „δοκεῖ" νῦν ἐπὶ τῆς σοφι(σ)τικ(ῆς π)ρ(ο)σδ(ε)χόμ(εθ)α (κεῖ)σθαι. τῶι μὴ παρὰ τοῦ(τον) νῦν (ἀ)πο(δεδεῖχθαι) τὸν λό(γον). καίπερ ἐμ (πολλοῖ)ς τέ(χ)ν(ης) λεγομένη(ς).

Quae sequuntur respondent iis quae col. XIV, 3 sq. adversarii prolata sunt. Quaeritur enim num ex enuntiatis dubitativis quicquam concludi potuerit:

Εἰ δ' ἠρώτη(σέ)ν τις καθ' ιριαν..ι (fort. ὑπόθεσιν?) Ἐ(π)ίκουρον εἰ (διετρ)άνωσε(ν) τοῖς (λ)όγο(ις), τὸ ποῖον (ε)ἶναι (ἔλ)ε(γε)ν (τ)ε(χ)νικὸν καὶ τ(ὸ) πο(ῖο)ν (ἄτεχν)ο(ν) κα(ὶ ἀμέθοδο)ν, (ἐκ τοῦ) ὁμο(λ)ο(γ)ου(μέ)νο(υ), κἂν περὶ (ἄ)λλο(υ) δίστα(γ)μα (πρ)οσῆ. π(ροσα)γαγεῖν ἂ(ν) ἔφη τὸ προκ(ε)ί(μεν)ον. (δισ)τάζεται μὲ(ν γ)ὰρ εἰ μ(όνη τρι)βῆι καὶ συνηθεί(α)ι, σύμφωνον δ' ἐ[σ]τὶν (cf. G) τὸ δεῖσθαι πολλῆς τριβῆς κα(ὶ) συνηθείας· τὸ τοίνυν „δοκεῖ" τῶι διστα̣ζομένωι προσθεὶς ἐκ τοῦ κἂν τὸ διστα̣ζόμενον παρεθῆ διδομένο(υ) ὑ(π)άγει τὸ προκείμενον.

Φ(έρ)ε δ' ε[ἰ], πρὸς τὸ συστῆσαι διότ(ι ὄντως) τέχνη κατ' Ἐπικουρόν ἐστιν ἡ ῥητορική. τοῦθ' ἡμεῖς παρετίθεμεν, λέγοντες „εἰ μὲν (δὴ) τ(ρι)βὴν αὐτὴν ἐνόμι(ζεν) εἶναι καὶ συν(ήθ)ε(ια)ν, (οὐκ) ἂν τὸ „δοκεῖ" προσέ(θηκεν", τί ἂν) ἔφησαν; οὐ δηλ(οῦσθαι) τὸ λεγόμενον ὑφ' ἡμῶν; (ἢ δῆτα μ)ὴ τοῦτο δηλοῦσ(θαι) μ(όν)ον; Εἰ μὲν τὸ πρῶτον, οὐ συν(ίεμ)εν ἡμεῖς ἑλληνιστὶ (δ)ια(λεγ)ομένων· εἰ δὲ τὸ δε(ύτ)ε(ρ)ο(ν, δι)ὰ τίν' αἰτί(αν) αὐτοὶ χρῶν(ται ἀμ)φιβόλοις λέ(ξ)ε(σ)ιν (ἐν τοῖς πρὸς) ἡμᾶ(ς) ἐλέ(γχ)οι(ς);

Philodemus igitur ita pugnat cum adversario, ut ex verbis Epicuri omnino nihil de vera philosophi sententia concludi posse ostendat, quippe qui accuratiora ne voluerit quidem de ratione discendae rhetoricae hoc loco docere. Hoc ita probare studet, ut verba illa aliis modis non minus bene explicari posse ostendat. Ita non solum priorem partem illius enuntiati, quae rhetoricam spectet, sed etiam posteriorem conformatam esse, qua de sapientia (φρόνησις) loquatur. Primos versus ludendo magis supplevi, ut sententia integra evaderet, quam quo re vera haec scripta fuisse crederem.

Φ(η)μὶ δ' ο(ὐ μόνον διὰ τ)ῶν (πρ)οκειμένων δ[ι]σ(τά̣ζ)οντα (διαλέγεσθαι) Ἐπίκου(ρον. ἀλλ') (οὕ)τ(ω)ς (καὶ περὶ φρ)ονήσεως (λέγοντα·) „οὐ μᾶλλον (ἂν) δόξ(ε)ι(ε ἐπιστή)μ(η) α(ἰτί)α (εἶν)αι ἤπερ τριβ(ή)" πάλιν ἀμφιβόλου(ς) τεθεικέναι διαλέκτους.

Dein ostenditur tres posse iniri vias ad explicandas illas voces τὰς) 1) δ(η)λο(ύσ)α(ς μὲ)ν (τὸ) τῆς ῥητορικῆ(ς κ)αὶ δι' (ἐπ)ι(σ)τήμ(ης ποτὲ) καὶ διὰ συν(η)θείας δὲ καὶ (διὰ τριβῆς περι-

γε)ινόμενον, μᾶλλον δὲ διὰ τῆς τριβῆς (κα)ὶ σ(υ)νη(θείας) ἢ διὰ τ(ῆς τέ)χνη(ς), τ(ὸ δ)ὲ φρονήσεως δι᾽ ἀμ(φ)ο(τέ)ρων μέν, μᾶλλον δὲ (δι᾽ ἐ)πιστήμης ἤπερ διὰ συνηθείας καὶ τριβῆς. 2) δηλούσας δ(ὲ τ)ὸ τὴν φρ(όνη)σιν μὲν δι᾽ ἀμφοτέρων, μᾶλλον δὲ διὰ θατέρου, τὴν δὲ ῥητορικὴν διὰ μόνου θατέρου· 3) καὶ τρίτον τὸ καὶ τὴν φρόνησιν διὰ μὲν ἐπισ(τ)ήμης περιγίνεσθαι, διὰ δὲ ἱστορίας καὶ τριβῆς μὴ (π)αραγίνεσθ(αι· τὴν δὲ γρα)φὴν ὁ συστησάμ(νος ταύτ)ην. ἀπ(οκ)ληρώσας τὸ (τρίτον. φη)σὶν αὐτ(ὰ)ς διασαφεῖν ὅ(τι ῥ)η)τορικ)ὴ μὲν τριβῆι μ(όνον) καὶ συνηθείᾳ παραγεί(ν)εται. (φ)ρόνησις δ᾽ ἐπιστήμ(η) μ(ό)νον.

Eadem haec est pugnandi ratio, quam supra dixeram ut ambiguitate verborum commonstrata fundamenta adversarii subruantur. Quae disputatio cum in duobus maxime vocabulis immorata sit, quasi suapte natura a philosophica perspicuitate alienis, „δοκεῖ“ et „μᾶλλον“, iam tertium verbum examinat εἶναι illud quod in Epicuri verbis cum δοκεῖ coniunctum invenitur col. XI, 7 δοκεῖ τριβῆς εἶναι. Dicit enim se adversario δοκεῖ illud quod tam impensis curis tractavit condonare velle. Ne tum quidem si pro δοκεῖ εἶναι simplex ἔστιν Epicurus posuisset, locum probaturum fuisse. quod cum probare vult adversarius. Ipsum audi:

Ἀλλὰ) γὰρ κἂν τὸ „δοκεῖ“ τοῦ(το) μὴ προσποηθῶμεν, ἀλλ᾽ ἀ(φέ)λωμεν αὐτὸ παντελῶς (κα)ὶ τὰς φωνὰς οὕτω(ς) ὑ(π)οθ(ώμ)εθα (κ)ατ(α)κεχ(ω)ρίσ(θαι· „σ)ὺ μ(ὲ)ν οὐκ ἐξ(εί)ργο(υ τῇ) ῥητορικῇ δυνάμ(ει) πρ(οέ)χειν, ὃ τ(ριβ)ῆς ἐστι(ν) κ(αὶ συν)ηθείας πολλ(ῆς“ οὐδὲ)ν(α τρό)πον (ἴσ)ως. ὥσ(π)ερ ἀξιο(ῦσιν. δ)ιασ(αφ)εῖται τὸ μὴ πε(ριγείνεσθαι) καὶ τέχνη(ι) τὴν ῥητ(ορικ)ὴν ἀλλὰ μόνον τ(ρ)ι(β)ῆ (καὶ συ)νηθε(ί)ᾳ. Τῇ γ(ὰ)ρ αὐ(τῇ φορ)ᾷ (ἂν) ε(ἴ)πα[ι]μεν· πολλ(ῆ)ς (μὲν) φιλοπ(ονί)α(ς) ἐ(σ)τ(ὶ δη)λο(νότι) τὸ φιλοσοφεῖν καὶ ἡ φιλοσ(ο)φία, πολλῆς (δ᾽ ἄγ)αν ε(ὐ)τυχίας ἡ (β)ασιλε(ία κ)αὶ (π)ολλ(ῆς) ἐστι κακοτ(υχί)ας ἡ (πτ)ω(χ)ε(ία) καὶ πολλῆ(ς) ἐ(σ)τι συνηθε(ί)ας φι(λ)ία· κ(αίτοι οὕτ)ω (γ᾽) οὐδεὶς ἐγέ(ν)ετο ἄγροι(κος) ἂ(ν) ὥσθ᾽ ὑπ(ολ)αβεῖν ἡμᾶς [λέγειν] δ(ιὰ) μόνης (φιλ)οπονίας τὸ φ(ιλο)σοφεῖν καὶ τὴν φιλοσοφίαν περιγίνεσθαι καὶ τὴν βασ(ι)λείαν διὰ μόνης εὐτυχίας καὶ τἆλλα παραπλησίως. Οὕτως τοίνυν εἰπόντος Ἐπικούρου διότι „πολλῆς ἐσ(τι)ν ἡ ῥητορικὴ τριβῆς καὶ συνηθείας“ οὐχ ὑπ(ακ)ουστ(έον) τὸ „μόνης“ ἀλλὰ μό(νον τ)ὸ „(δεῖ)ται πολλῆς τριβῆς καὶ συνηθείας.“ Τὸ γὰρ „ἔστιν“ ἐπὶ τοῦ „δεῖται“ τίθησιν, ὅταν οὕτως ὁμειλῶμεν. ἡ(ι) συνήθεια(ι)· τό τε μετριώτατ(ο)ν. (ὃ) ὑπὸ (τ)ῶν λέ(ξ)εων σημαίνεται, καὶ οὐχ(ὶ) θάτερον μόνον δ(υο)ῖ(ν ἐ)νόν[τ]ω(ν, σ)ημαίνεσθ(αι) ῥητέον. Ἔτι τ(οί)νυν ἕν(εκ)α τῶν δ(ι)αλέκτων (cf. G), ὧν ἄνθρω(π)ος (π)αρατέθει(κ)εν ο(ὗ)τος, ἄδηλον εἶναί φημι, πότερον ἐ(κ σ)υνη(θ)ε(ί)ας καὶ τριβῆς μόν(ο)ν περιγίνεσθαι (τὴν) ῥητορικὴν ὑπελάμ(β)α(νε)ν ὁ Ἐπίκουρος (ἢ κ)αὶ διὰ τέχνης καὶ τριβῆς (ἢ) οὐδ᾽ ὅ(λ)ως ἐκ τριβῆς καὶ συνηθείας. Πρ(όκε)ιται γὰρ ἐν ἀρχῆ(ι μ)ὲν „(θαυ)μασ(τὸν φα)μεν. εἰ (σὺ μὲ)ν οὐδὲ(ν ἐξε)ίργου διὰ τὴν (ἡλ)ικίαν, τῶν ἁπά(ν)τ(ων ν)έος (ὢν) πρεσ(βυτέρων ἀν)δ(ρῶ)ν κα(ὶ ἐν)δό(ξων) πολ(ὺ ἐν τῇ ῥητορικῇ) δυν(άμ)ει (ὑ)περέ(βειν“ καὶ αὖθις ἀνα(φέρει „θ)αυ(μαστὸν) δὴ εἰ σὺ μὲ(ν οὐ)θὲν ἐ(ξείργου) διὰ τὴν (ἡ)λικίαν ἐν τῆι ῥητορικῆι δυ(ν)άμει π(ρο)έχει(ν).“ Ἐπέζευκτ(α)ι δὲ τ(ούτο)ις· „ὃ δοκεῖ τριβῆς εἶναι κα(ὶ) συνηθείας πολ(λῆ)ς.“ Οὐκοῦν δυσὶν τούτοις — λέγω δὲ τῇ τε „ῥητο(ρ)ικῇ δυνάμει“ καὶ τῶ(ι) „πολὺ ὑπερέ(χει)ν πάντων (τ)ῶ(ν) πρεσβυτέρων καὶ ἐνδόξων“ — ἐπέζε(υ)κται τὸ „ὃ δοκεῖ τριβῆς εἶναι καὶ συ(νηθε)ίας πολλῆς.“ Ὅταν (δὲ) δυσὶν δ(ή)που προταχθεῖσιν (ἐ)π(ανε)νε(χ)θῆ(ι) τι, πάντως (ἀ)μφ(ίβολο)ν γίνεται. τί(νι τῶ)ν προκειμένων ἐπέ(ζευκ)ται. Δ(ι)όπερ ἀμφίβολον (γί)νεται καὶ τὸ „ὃ δοκεῖ τρι(βῆς) εἶναι κα(ὶ) σ(υ)νηθείας (πο)λλῆς“ πότερον τῆι „ῥητορι(κ)ῆι δυνάμει“ ἐπενεκ(τέον) ἢ τ(ῷ) „πολὺ πάντων ὑ(περ)έχε(ι)ν.“ Εἰ γὰρ οἰόμενος (ἔτ)υχ(ε) τὴν μὲν ἀνάληψιν τῆς ῥη(τ)ορικῆς δυνάμεως (τ)έ(χνῃ μ)όνον περιγίνεσθαι, τὸ (δὲ) ἁπάντων (τῶ)ν τὴ(ν ῥητορικὴν ἀνειλη)φότων ὑπερέ(χει)ν τριβῆ(ι) καὶ συνηθείᾳ, πρὸς μέντοι γε τὴν θέαν αὐτῶν (τῶν πρ)αγ(μάτ)ω(ν). οὐ πρὸς τὴν ἁπάντ(ων ὑπερο)χὴν ἀπαρκεῖ(ν α)ὖ τὴν ἐπιστήμην, τούτ(ῳ σύμφω)νο(ν τὴν) φράσιν (ἀπ)ο(δ)έ(δωκε)ν.

Sequentibus quoque ab ipso Philodemo ludibrii gratia illam interpretationem commendari puto, ut verba ὃ δοκεῖ etc. ad τὸ προέχειν referantur. Confiteor tamen in restitutione nequaquam mihi me satisfecisse: Ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ἂν (οὐκ ἂν pap.) ὁ (ῥή)τωρ αὐτὸς

ἠρ)νήσα(θ' ὡς τὸ ὑ)περ(έχειν) δὴ καὶ ἀληθῶς (τ)ινα (φαίνεσθαι) ὄντ(α καὶ προέ)χ(ειν τῶ)ν ἐνδό(ξων) κατὰ (τ)ὴν τέχνην (τριβ)ῆς δεῖται καὶ συνηθε(ίας πολ)λῆς καὶ ἀνα(τετα)μένη(ς ἀλ)λ' (ὡ)μολόγει τοῦτ' ἐσχηκέναι· καὶ μᾶλλον ἂν ὁ 'Επ(ί)κουρος ἐστοχάζετ' αὐτοῦ τοῦτο χαριζόμενος· (ὃ) ἐκείν(ῳ) μὲν ἐφα(ί)νετο μέγα, τ(ὴ)ν (π)ρόθεσιν δ' οὐκ ἐμποδίζει.

Sequuntur quae vix possint restitui, dein col. XX, 24 toti de Epicuri loco disputationi finis imponitur his verbis: Καίτοι τί ἄν τις ἐπὶ (πλ)εῖον διατρίβ(οι; σ)χεδ(ὸν) γὰ(ρ ὑ)πέρκα(ιρ)α καὶ ταῦτα πρὸς τὸν τόπον.

In his verbis nos quoque subsistamus, quamquam alterum illud ex quattuor capitibus, quod pertractandum nobis sumpseramus, usque ad col. XXII, 25 pertinet, ubi legimus: κεκορυφωμένου δ' ἡμῖν καὶ τοῦδε τοῦ κεφαλαίου χωρῶμεν ἐπὶ τὸ τρίτον.

Recuperavimus opera et labore nostro continuum ni fallor probumque inde a p. 89 ad p. 119 Sudh. sententiarum ordinem atque conexum, unde cum Epicuri dialogus tum de rhetorica et ipsius Epicuri et Philodemi ceterorumque Epicureorum opiniones clariore quam adhuc factum est luce illustrentur.